tinā respondente. & dispsit. Bndicā. In dño. Magni
ficate. Sit nomē d. & tūc sacdos absq; Dñs uobiscū
& orem dicat. Retribuere d. d. o. n. b. f. p. n. t. v. e.
& benedicam dño. quentu respondente amen. Ꝯdo grās.
Ante cenā ñ dicitur. edent paupes. tot uersus & bene
dicto sup lectore. Ad cenā ꝑpetuā pducat nos. r. e. g.
Post cenā. Memoriā. totus ūsus. & postea benedcs ds.
in d. s. & scs in omib; opib; suis qui uiuit. & cetera sicut su
pius diximus. Quando ñ semel reficitur. dr ante Refecti
onē. Edent paupes. & p memoriā. sicut ad prandiū. ¶
Hec bndcio in capitulo lectori dat. Diuinū auxiliū
maneat sēp nobiscū. ¶ hec ad collationē. Noctem qui
etam tribuat n. o. & m. d. ¶ hec ad biberes. Largitor
oīm bonoꝝ bndicat potū seruoꝝ suoꝝ. Amen. Qualr
cū conuersis sit agendū hic incipit.

Cum ꝯstet sup animas fratrū laicoꝝ eque ut mo
nachoꝝ curam nos suscepisse ab epis. mirꝯ quosdā
abbates nrōs. monachis quidē debitā impēde diligentiā.
conuersis ū aut nullā. aut minimā. Alii illos pro in
genita eoꝝ simplicitate cōteptui habentes. ipsū & coꝝ
porale uictū. uel uestitū restrictius ipis quā monachis
amministrandū putant. & ad opa nichominꝯ eos impi
ose satis angariant. Alii ꝓ ꝯtrariū eoꝝ murmurationi
cedentes. ultra quā expediat animabus eoꝝ indulgēt
corporib;. quo taliter opa magis eliciāt. & eos remissi
in cibo. & in uestimēto dissolutius tractent. Sic itaq;
uel hoc. t illo m. & culpas dissimulāt. & opa exigunt. dū
q; illa que ad modicū ualēt studiose imponūt. & ad
illā que ad omnia ualet. minime instruunt. apte

monstrat quid de societate conversorum que sua sunt querant.
non que ihesu xpisti. Denique si empti sunt et ipsi precio mag
no: cur discernuntur in cura regiminis: quos pares
constat esse in gratia redemptionis. nisi quod qui simpliciores
res et sine litteris esse noscuntur. ipsos magis nostra cura
et opera indigere ratio consulta respondet. Proinde sicut mo
nachorum usus necessarie quidem conscripsimus. ut ubique in mori
bus nostris unitas conservetur. ita et conversis qualiter et in
temporalibus et in spiritualibus providendum sit ut subiec
ta brevi scriptura dignum duximus intimandum. ne vel
in eorum conversatione diversitas inveniatur. Incipit

Tam ad vigilias quam ad horas diei faciant
orationes suas sicut monachi. Post orationem autem
et signaculum. si duo aut plures fuerint. dicat prior
illorum. Deus in adiutorium meum intende. et respondentibus omnibus
Domine ad adiuvandum me festina. ad vigilias subsequatur prior
eorum. Domine labia mea aperies. ceteris eundem versum respondentibus
quousque tercio fiat. Deinde dicant pater noster sub
silentio erecti. Quo dicto dicat prior audientibus omnibus
Gloria patri et filio. Quod dum dixerit tam ipse quam ceteri in
curventur. eoque dicto erigantur omnes dicentes. Sicut
erat. totum. Amen. et hoc usque vigies faciant. Post vi
cesimum autem sicut erat. subsequantur omnes. priore in
cipiente kyrieleison semel. et xpeleison semel. et kyrieleison semel.
Tunc prior dicat in audientia totum pater noster. tam
ad vigilias quam ad omnes horas adiungens Per dominum
nostrum ihesum xpistum et cetera. Ceterique respondeant amen. Deinde
subiungat benedicamus domino. aliis respondentibus
deo gratias.

Ad horas diei. post Deus in adiutorium. in cunctis omnibus di-
cat prior. Gloria patri. et cetera. ceteris que respondentibus sicut
erat. et cetera. fiant cetera sicut supradiximus. excepto quod in
laudes. et in vesperas decies dicent pater noster cum gloria. ad ce-
teras vero horas quinquies. hic ordo psallendi omni tempore
teneatur. nisi quod in festivitatibus .xii. lectionum duplicabunt
ad nocturnos tantum pater noster. cum gloria. ut sint .xl. Quando soli
vel in ecclesia fuerint. hoc totum singuli dicent sub silentio.
Notandum est quia cum interfuerint horis monachorum ad eas
glorias tantum inclinent ad quas monachi. Quo tempore
Ab idibus septembris usque ad cenam domini surgant ad vigilias.
pulsetur campana privatis diebus. incipiente ulti-
mo psalmo primi nocturni. et tunc surgant fratres. Dic-
ta autem collecta. post nocturnos exeant ad labores iniunc-
tos. In festivitatibus autem. quibus laborant. surgant ad so-
nitum signi. incipiente secundo nocturno. et finita collecta. post
te deum laudamus. exeant ad labores.

A pascha autem. usque ad idus septembris.
quia meridianas non habent. dormiant usque ad
laudes. et pulsato signo surgant ad ecclesiam. factisque
orationibus vigiliarum. laudum. et prime. exeant. Ad cete-
ras vero horas diei non eant ad ecclesiam. sed ubicumque labo-
raverint. faciant orationes suas. nisi dies feriatus
fuerit. Dominicis vero et festis quibus non laborant. tam hyeme
quam estate. surgant ad vigilias. cum monachis. Porro
qui de grangiis. aut de via eo die venerint. post quar-
tum responsorium eant dormitum si voluerint. ceteri
vero non exeant. sed totum audiant servitium. nisi eos aliquis
revocaverit obedientia. Festis autem quibus laborant.

in estate. pulsato signo surgant ad cantica. Ab idib;
aũ septembris usq; ad pasca. gũsi de abbatia cotti
die ad cpletoriũ eant ad ecclesiam. reliquo ũ tẽpore
tm̃ dñicis dieb; & festis. quibus non laborant: ad utrũ
q; cõpletoriũ. Priuatis aũ dieb; & festis. quib; laborãt.
opibus suis intendant: quã diu lumine diei opari
possint. Et tunc aliquis frater gũersus. cui iniũctũ
fuerit. ad finienda opa cor tabulã pulset. qua pul
sata. de opib; se disiũgant. & cpletoriũ cantẽt.

Et fratres qui in grangiis
fuerint. a kł nouembris. usq; ad cathedrã sc̃i
petri. uigilent circa quartã partẽ noctis. & a ca
thedra usq; ad pasca. & ab idib; septẽbris. usque
ad kł nouẽbris. sic surgant. ut ante lucẽ pficiant
orationes uigiliarũ & laudũ. quib; trãsactis laboret
quod necesse fuit. A pasca autẽ usq; ad supradc̃as
idus. incipiente luce surgant. Quib; soll' ñ laborãt.

In his sollepnitatib; non laborant conuersi. In
die Natiuitatis dñi. & tribus sequẽtib;. In circũ
cisione. In epiphania. In parasceue. In die pasce. & scdã
feria. In ascensione. In die pentecostes. & scdã feria.
In sollepnitatib; sc̃e marie. Philippi. & Jacobi. In nat
sc̃i Johis bapt. Aplor petri & pauli. Jacobi apli. sc̃i
Laurentii. Mathei. Bartholomei. Mychaelis. Symonis
& Jude. Omniũ scor. Martini epi. Andree apli. Thome a
postoli. In dedicatõe ecclie. qui ĩ monasterio morãt.
Et his tm̃ ipis. si quid necessariũ usũ fuit. faciant
qd fuit impatũ. In quib; aut sollepnitatib; gũsi la
borant. & monachi feriãt. gũersi qui in abbatia sũt.

priore tamen audire missam poterunt. et sic exire ad opera sua. Et sciendum quod hyemis tempore interuallo post nocturnos annonas excutiant. et in festis transpositis omni tempore laborabunt. Quo tempore missas teneant.

Quibuscumque diebus due misse cantantur. precipuisque ieiuniis. uel quando presens defunctus fuerit monachus uel nouitius. uel frater laicus missarum intersit celebrationibus. nisi obedientia aliud precipiat. De conuersatione.

In ecclesia uero in erectionibus et inclinationibus et ceteris obseruantiis habeant se sicut monachi. Ad aquam uero benedictam sicut preuiderit positio uniuscuiusque oratorii ita accedant. De communione fratrum.

Septies tamen communicabunt fratres conuersi in anno. nisi quem abbas crebrius. uel rarius certa de causa accedere iudicauerit. uidelicet in natiuitate domini. In purificatione sancte Marie. In cena domini. In pascha. In die pentecostes. In assumptione sancte Marie. In natiuitate sancte Marie. In sollempnitate sanctorum omnium. Qui uero supradictis festis communicare non poterit. die qua competenter occurrere poterit. communicabit. Ubi teneant silentium.

In quibuscumque officinis tenent monachi silentium. et ipsi. nec aliquam earum ingrediantur sine licentia. Insuper in suo dormitorio. et refectorio. omnino silentium teneant. et preterea in omnibus locis aliis nisi forte iussu abbatis. uel prioris. de necessariis loquantur. uel etiam ipsius cellerarii. si tamen hec potestas cellerario data fuerit. Sutores ubique silentium teneant in inuicem. et ad omnes. nisi abbas forte eis aliquem locum extra operatorium determinauit. ubi inter se tantum

loquantur. de necessariis artis sue. breuiter. nec aliter
quam stando. Similiter faciant omnes artifices mo
nasterii. pistores. sutores. textores. pellifices. et ceteri. So
lis tamen fabris intra officinam suam potest locus ille de
terminari. ubi de necessariis modo predicto loquantur.
quia uix sine detrimento operis sui possunt in labore suo te
nere silentium. Magistri comentariorum suorum. uel eiusmodi
artificum diebus quibus non laborant. uel horis uesperti
nis. cum se disiunxerint ab operibus suis. cum subditis suis non
loquantur. De silentio.

Similiter qui in grangiis sunt. silentium teneant in
dormitorio. in refectorio. et in calefactorio. intra
metas ad hoc deputatas. Alibi possunt loqui cum ma
gistro suo. de necessariis suis. et hoc stando. et duo tantum
simul. Et sciendum quia sine caputiis eis loqui licet.
Magister grangie habeat solatium. ubi necesse fuerit.
qui uidelicet preuideat domui post eum cui liceat lo
qui cum familia. et hospitibus de necessariis. absente
tamen magistro cum omnibus. ubi loqui liceat. Preter
hoc nec intra. nec extra loqui possunt sine licentia. nec inter
se. nec cum aliis. Pastores tamen et bubulci cum iunioribus
suis et iuniores cum ipsis loqui possunt in labore suo de
necessariis. Salutantem resalutent. et uiatorem si ui
am interrogauerit uerbis breuiter doceant. Quod si
de alia re eum interrogauerit. respondeat quia non licet
amplius loqui. hec quidem cuilibet inquietanti se et instiga
ti se ad loquendum respondeat. De usu. ad mensam.

Conuocatis aliquo signo fratribus ad re
fectionem. dicant omnes simul. benedicite.

Kyriel. xpel. kyriel. Pater noster. Deinde erectus
prior dicat. Et ne nos ind. in t. alii q; respondeant. s;
libera nos a malo. Tunc prior faciat signum manu.
et dicat. In nomine patris et filii. et sps sci. Amen
aliis respondentibus. Sicq; resideant ad mensas sedm
ordinem suum et comedant. Et notandum qd non licet eis
sine cappa tam in suis refectoriis. quam alibi comedere
si habere possunt. et si quis forte versum ter in abba
tia perdiderit. ablata ei portione sua uini. ultimus
manducet. Facta itaq; refectione. surgens prior inci
piat. Miserere mei ds. dicatq; totum versum et omnes
alii alium. sicq; alternatim dicant alios versus subiunge
tes gloria patri. sicut erat. kyriel. xpel. kyriel. pat n.
deinde dicat prior. Et ne nos inducas. in t. alii q; re
spondeant. sed libera n. a m. subiungente illo benedi
camus dno. ceteriq; respondeant deo gras. sicq; ingres
si ecclesiam ibi dicant sub silentio pater nr. facto q; sig
no a priore. signantes se discedant. Servitores u in re
fectorio finient versum suum. et istud pater n. non di
cent. In grangiis non dicetur istud pater n. s; post
cibum incipientes miserere mei ds. intrabunt oratorium.

Femina non Qd femina no ingdia cte grngiar
ingrediatur curtem grangiarum. nisi precepto abba
tis. nec loquatur aliquis solus cum muliere. Quid debe

Nullus habeat librum. nec discat ant discere.
aliquid. nisi tm pater nr. et Credo in deum. et
Miserere mei ds. et Ave maria totum. et cetera. q
debere dici ab eis statutum est. et hoc non littera
s; cordetenus. De capitulis.

[...] et quarrigarii et pannorum [...]
mensuram. prouidere poterit abbas. Pelles quoque
grosse et simplices. Quod si eis tamen abbati uisum fu-
erit. de ipsis grossis pellibus. cum iam ueteres
fuerint. aliquas operiri oportere. non nisi de uete-
ri panno. et uili fiat. Si quis autem abbas inordinatum
mantellum contra id quod scriptum est ab aliquo
superueniente conuerso portari deprehenderit re-
tineat illum. Licet conuersis quatuor tunicas habere.
si abbati uisum fuerit. Solis uero fabris conceditur
habere camisias. nec tamen nisi nigras. De botis.

Conuersi uero in grangiis botas non habeant.
sed nec in abbatia quidem. nisi forte propter uigilias
in abbatia alicui eas dederit abbas. et ipse sint uetus-
te. Ex quibus uetustis poterit idem abbas si ad manum
fuerint uni ex fratribus aliquantas committere his
quidem qui in grangiis uenerint. cum necesse fuit commo-
dandas. De lectis.

Lectos habeant sicut monachi. preter lenam.
loco cuius pellibus utuntur. Item de botis.

De botis et omnibus coopertoriis conuersorum generaliter
ubique teneatur. sicut tenetur apud cistercium. et
in quatuor primis domibus. nisi forte in frigidis-
simis regionibus aliquid a capitulo dispensetur.
Abbates qui pro nimia frigiditate loci. dispen-
satione eguerint. in sequenti capitulo necessita-
tem suam humiliter proponant. De conuerso mercatore.

Conuersus qui mercator dicitur ad nutum abbatis

[illegible] admoneatur. De campanis.

Conversi ad grangias campanas non habeant, nisi parvas nolas in refectorio ad vocandos fratres ad refectionem. Quas qui habere voluerit habeat.

Ab octavis pentecostes. De disciplina.

usque ad natale domini, et ab octavis theophanie usque ad pascha, omni sexta feria accipiant disciplinam, nisi aliqua fuerit festivitas qua non laborant. Quod si de aliqua impediatur negligentia, quam primum expedierit restauretur. Explicit liber ordinis.

[illegible] ... gund. [illegible] ... mai ...

[illegible] ... fratr[illegible] ... habin[illegible] ... hugo ... uxor ei[us] ... gerbg. henric. fab. Johes

[illegible] ... Sophia [illegible] ... Gerlda ... Arnold de [illegible]

[illegible] ... Arnold. domina de Flor[illegible] ... Frideric ... Richard

[illegible] ... Johes.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
© The Tiffen Company, 2007
Centimetres
Inches